



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

6. An licitum sit viro honorato occidere invasorem, qui fustem, vel alapam
innititur ei inferre? Et an hoc etiam admittendum sit in hominibus infimæ
conditionis? Ex p. 5. tr. 4. r. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

Tractatus Quintus

94

vel alapam nititur impingere, & gliter hoc ignominia
vitari nequit?

Et an licet praevenire aggressorem, & eum prius quam
inuadat, occidere? Ex p. 3. u. 5. & Misc. i. Ref. 91.
alias 90.

Sup. hoc in §. 1. A ffirmatiuam sententiam docent Lessius lib.
Ref. seq. & infra in Ref. 1. Sotus, Syluester, Lopez
9. §. vlt. & le.
Nauarrus, & alijs penes ipsum; quia hic conatur auferre
honorem, qui merito pluris apud homines estimatur,
etiam ref. quam damnum multarum pecuniarum; sed si potest
occidere, ne damnum pecuniarum accipiat, potest
etiam, ne hanc ignominiam cogatur sustinere.

2. Sed aduersus Lessium infurgit nouissime Tannerus in 2. 2. D. Thome, disp. 4. qu. 8. dub. 4. num. 74. vbi sic ait, Non etiam placet, quod absoltè dicit Lessius, fas esse viro honorato occidere inuasorem, qui fustem, vel alapam nititur impingere, ut ignominiam inferat, si alter vitari haec iniuria nequit, tum quia fieri potest, vt
res in occulto agatur, ea re parum honor lèdatur, tum quia etiam Iesus ita honor via iuris, aut alijs modis recuperari potest.

3. An licet verò prævenire aggressorem, & eum priuquam inuadat occidere, negatiuè responder Syl-
lius in 2. 2. D. Thome, qu. 64. art. 7. queritur 6. vbi sic
ait, Probabilior est non licere præuenire inimicum, quantumvis paratum, donec actu inuadat, & aggrediat-
tur: præuenire namque inimicum non tibi inuidentem, non est e defendere, nemini autem priuato licet alium
occidere, nisi in necessariam defensionem; ergo non licet inimicum præueniendo ipsum occidere. Ita Syllius,
qui tamen contrariam sententiam, tanquam probabili-
rem videtur admittere; nam suam tantum probabili-
rem vocat, & illam docet Bannes in 2. 2. qu. 64. art.
7. dub. 4. conclus. 2. vbi sic afferit. Postquam iam aggressor fecit aliquam actionem, parando mihi insidas, quas
ego aliter effugere non possum, nisi occido illum; tunc licitum est mihi medio tempore, antequam instet
meum damnum, occidere inuidantem, etiam si pro-
tunc quietus sit. Ratio est, quia tunc, propriè loquendo,
est defensio vita mea; nam profectò moraliter
loquendo, ille est actualis aggressor. Ita Bannes. Sed
haec sententia aliquibus, & mihi etiam dispergit, unde
tene sententiam Sylui negatiuam.

RESOL. VI.

An licet sit viro honorato occidere inuasorem, qui fu-
stem, vel alapam nititur ei infere?
Et an hoc etiam admittendum sit in hominibus infima
conditionis? Ex p. 5. tr. 4. Ref. 4.

Sup. hoc in §. 1. Negatiuè responder Syllius in 2. 2. D. Th. q.
Ref. præterita, & infra in
ref. 9. §. vlt. & vide supra
doctrinam
ref. 2.

N Egatuè responder Syllius in 2. 2. D. Th. q.
64. art. 7. queritur 9. Tannerus tom. 3. disp. 4.
qu. 8. dub. 4. num. 74. vbi sic ait. Non etiam placet fas
esse viro honorato occidere inuasorem, qui fustem, vel
alapam nititur impingere, ut ignominiam inferat, si alter
vitari haec iniuria nequit. Tum, quia fieri potest
quid si res in occulto agatur, ea re parum honor lèdatur.
Tum, quia etiam Iesus honor aut via iuris, aut aliis
modis recuperari potest. Ita ille, & hanc sententiam
docet etiam Malerus in 2. 2. tr. 3. cap. 1. dub. 7. afferit. 1.
vbi sic afferit. Recè illud notandum, moderamen ture-
la non seruari quando iniuria tanta non est in se
considerata, & ratione materie, vt cum tanto nocumento
proximi iuste potuerit propulsari, non enim utcumque
baculo inuisus, mox poteris inuasorem gladio confo-
dere. Hæc ille, & ante omnes Ioannes Major in 4. sent.
d. 15. q. 20.

2. His tamen non obstantibus affirmatiuam senten-
tiam docet Sotus, Nauarrus, Syluester, Lopez, & alijs,

quos citat & sequitur Lessius de iust. lib. 2. 6. 9. dub. 11.
q. 7. quibus ego addo. Villalobos in sum. tom. 2. 11. 1.
disp. 10. n. 5. Hurtado de Mendoza in 2. 2. disp. 10.
set. 1. 6. §. 137. Marchantius in summar. ad 99. pol. su-
per Decal. c. 5. qu. 1. cas. 2. Philipus Fabro de rep. in
4. sent. disp. 1. 5. qu. 3. disp. 52. c. 1. n. 3. Fillicium tom. 2.
tr. 29. c. 3. n. 50. Strouersdorff in 2. 2. D. Th. de iust.
& iur. qu. 64. art. 7. concl. 5. Azorium tom. 3. lib. 2. 6.
qu. 1. 6. Becanum in 2. 2. D. Th. de homicid. qu. 8. concl.
2. Molfestus in sum. tom. 1. tr. 11. c. 19. n. 73. Angelum
Vantum in disciplina Clericorum, lib. 4. de homicid.
fol. 363. §. Nota præterea. vbi sic ait. Si aggressor no-
luerit aliquem occidere, neque muriare, sed randum
verberare baculo, vel alapis, posset aggressus hollem
intercedendo repellere, cum præstaret in aliquibus re-
gionibus maximum sit dedecus alapam, vel verba
absque vulneribus, aut mortis vindicta solinqueret. Sit
ille. Et ratio huius sententiae est, quia talis conatur au-
ferre honorem, qui pluris merito apud homines esti-
matur, quam damnum multarum pecuniarum. Ergo si
potest occidere, vt intrâ dicemus, ne damnum pecuni-
arum accipiat, potest etiam, ne hanc ignominiam cogatur
sustinere. Sed hanc opinionem non admitterem in
hominibus infimæ conditionis, qui ex alapis & verbo-
ribus non magnam sustinerent ignominiam.

RESOL. VII.

Vtrum licet ad honorem tuendum inuasorem post im-
petum alapam fustem, vel vulnus fugientem insequi,
& occidere?

Et ita aggressorem occidens, an tenetur ad aliquam re-
stitutionem?

Et in dicto casu declaratur, quid sit vindicta, & quid
defensio? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. i. Ref. 15.

§. 1. N Egatuè responder Ioh. de la Cruz in direc-
1. conseq. p. 1. præc. 4. dub. 6. concl. 1. Toletus lib.
1. cap. 6. num. 16. Rodriguez non bene à Bonacina pro-
contra sententia citatus in sum. tom. 1. cap. 155. num.
11. Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 17. dub. 3. num. 9. qui
citat Sotum & Bannum, Salón in 2. 2. qu. 64. art. 7. tom.
2. concl. 1. & nouissime Malerus in 2. 2. D. Th. tr. 3.
3. c. 1. dub. 14. vbi sic afferit, si postquam alapam impedit,
qua tibi ignominiosa est, scelere in fugam convertat of-
fensor, non licet eum perseguiri, & tantum referre,
quantum postulare videtur honoris reparatio, habet
enim potius speciem vindictæ, quam defensionis. Hac
ille.

2. Et ita in praxi contrariam sententiam non esse
confundendam docent, licet speculatiuè probabile esse
asserant, Lessius de iust. lib. 2. cap. 9. dub. 1. num. 8. &
Rigaldus in præst. tom. 2. tr. 2. 1. cap. 5. num. 63. Filicium
sue qu. mor. tom. 2. tract. 29. cap. 3. num. 1. Bonacina
de contract. disp. 2. qu. ultim. set. 1. punt. 10. num. 8.
& aliij. Et ratio est, primo ob periculum odii, vindicta,
& excessus. Secundo, ob periculum pugnarum, & ce-
diuum in Reipublica periculum. Deinde, qui iniuria
intulit, eo ipso quod dab iniuria cessat, sive per fugam,
sive quoquis modo cesset, vim non infert, & ideo re-
putat, vim non repellit, sed potius punit, & vindicat.
Etiam sumit, nec honorem defendit, cum iam per iniuri-
am amissus sit, & quamvis illum recuperare, haec ho-
noris recuperatio ad vindictam potius quam ad defen-
sionem pertinet. Hæc nostre Megala vbi inf.

3. Sed his non obstantibus, contrariam sententiam
pij, & doctissimi viri docuerunt. Nauar. in manu. cap.
15. num. 4. ad fin. Pet. à Nanar. de ref. lib. 2. cap. 3. num.
385. qui citat Mercatum, Victoria de iure beli, que
num. 5. & ex Societate Iesu P. Henriquez in sum. lib. 14.
cap.